Ferdinandus rex ad rogatum communitatis civitatis regiae Montis Grecensis Petro Keglewyth locumtenenti mandat, ut necessitate ingruente praefatae civitati auxilio adsit eiusque cives ab iniuriis adversariorum tueatur. Orig. [**Šavor**]

**268. Dombrae, 1533. (D – CXLI – A2)**

Simon, episcopus Zagrabiensis et banus, capitulo Zagrabiensi suadet, ut castra, si in manus eorundem venerint, tali modo ac conditione teneant, ut aliquod scandalum denuo in illis non contingat, simulque iisdem auxilium, si equerint (?) promittit. Copia [**Šavor]**

**269. Pragae, 30. I. 1534. (D – XXIX – 11)**

Ferdinandus rex abbatiam Beatae Virginis Mariae de Thopwczka Francisco, filio Petri Keglewych, de se bene meriti, confert et subditis abbatiae mandat, ut Petrum Keglewych gubernatorem accipiant. Orig. [**Juričan**]
Izdanje: MH, dok. 203, str. 187.

**270. Zamobor, 22. 2. 1534. (D – XXIX – 12)**

Iohannes Grahowych iudex et cives oppidi Zamobor testantur ex testimoniis constare civem quondam Philippum Samecz eiusque matrem Luciam quandam vineam Martino Poredan anno 1495. quattuor florenis vendidisse; Gregorium filium Philip-

pi Samecz nunc autem iam bis filios quondam Martini Poredan prohibuisse, ne eam vineam colerent, nec in ius vocati cum essent, venisse; sed cum sententia lata esset, si ad terminum destinatum non venirent, fore ut causam perderent, tum utramque partem "largam victimam bibertem" comparuisse. Orig. [**Juričan**]

**271. Zamobor, 6. III. 1534. (D – XXIX – 13)**

Iohannes Grahowych iudex et cives oppidi Zamobor vineam quandam, quam Matheus Tkalchych sibi petebat, Andreae Yakowlych de Farkassewcz, adiudicant. Orig. [**Mayer**]

**272. Szamobor, 6. III. 1534. (D – XXIX – 14)**

Arbitrium Iohannis Grahovich, iudicis ceterorumque oppidi Szamobor civium in causa inter Matheum Tkalchich actorem et Andream Iakowlich reum de quadam vinea, quo ista Andreae Iakowlich de Farkassewecz adiudicatur. Orig. [**Šavor**]

**273. Zagrabiae, 24. III. 1534. (D – XXIX – 15)**

Emericus Bradach de Ladomercz suo ac liberorum ac fratrum suorum nomine apud capitulum Zagrabiense intercessionem facit, ne conferat, contra Iohannem de Thah, prioratus Auranae gubernatorem, ne alienet, contra Nicolaum comitem de Zrynyo eiusque filios ac alios quoslibet, ne emant fenilia Belowarschyna in territorio possessionis Belowar, quae Mathias, prior Auranae, occupavit, hoc vero mortuo Iohannes de Thah praeter legem usurpata tenet. Orig. [**Šavor**]

**274. Trwlowyna, 18. IV. 1534. (D – XXIX – 16)**

Ambrosius litteratus de Gregoryancz, iudex nobilium comitatus Crisiensis, Simonem episcopum Zagrabiensem et banum certiorem facit Gabrielem de Themerye, qui ab Andrea Bwdor de Bwdrowcz de succisione lignorum accusatus est, ad 3. V. eadem anno in ius vocatum esse. Orig. [**Mayer**]

**275. Zagrabiae, 25. IV. 1534. (D – XXIX – 17)**

Thomas Kussewych de Dobranecz curaim cum terris, quarum fines describuntur, Petro Kussewych de eadem 8 florenis Hungaricalibus coram capitulo Zagrabiensi vendit. Orig. [**Mayer**]
Izdanje: Mon. Tur. 3, dok. 18, str. 19.-20.

**276. Zagrabiae, 6. V. 1534. (D – XXVI – 97)**

Capitulum Zagrabiense transumit testamentum Stephani Skertha de Thoplicza in Thoplicza de 25. I. 1524. datum et Zagrabiae 29. I. 1524. conscriptum confirmat quo omnia sua bona in Thoplicza et Dubrawa Vincentio et Gregorio de Gregurowcz, qui se 6 missas quoque anno pro eius anima preslovere et 250 florenos dare obligaverunt legavit. Orig. [**Juričan]**

*Vide etiam* Isprave 5. r. 4594.

**277. Crisii, 14. V. 1534. (D – XXIX – 18)**

Ex inquisitione, quam Michael de Berywo Zenth Iwan, iudex a Iohanne Gerdak de Fylethyncz et Michaele de Thomadowcz necnon Ambrosio littarato de Gregoryancz, comitatus Crisiensis iudicibus ad petitionem Iohannis Castellanffy de Zenthlelek iussus 3. V. 1534. fecit, Georgium Lesthak, iobagionem petitioris, a Martino Zerbel aliter Belowych, iobagione Francisci de Batthyan, eiusque filiis in quadam libera ac aperta via oppressum ac interfectum esse constat. Orig. [**Šavor**]

**278. Crisii, 17. V. 1534. (D – XXIX – 19)**

Ex inquisitione, quam Michael de Berywo Zenth Iwan, iudex, a Iohanne Gerdak de Fylethyncz ac Michaele de Thomadowcz necnon Ambrosio litterato de Gregoryancz, comitatus Crisiensis iudicibus, ad petitionem Iohannis et Melchioris Castellanffy de Zenthlelek iussus 3. V. 1534. fecit, vim cuidam Georgio Magyar, iobagioni petitorum, a Bethleen provisore castri Krysthallowcz, quod Francisci de Batthyan est, illatam esse constat. Orig. [**Šavor**]

**279. Dombrae, 23. VI. 1534. (D – XXIX – 20)**

Simon, episcopus Zagrabiensis et banus, Iohannem Castellanffy de Zenthlelek rogat, ne Vitum Horwath de Thremo qui quendam iobagionem ex bonis suis abduxit et segetes alteri iobagioni dedit, impediat, neve ullam taxam exigat. Orig. [**Juričan**]
Izdanje: MH, dok. 218, str. 207.-208.

**280. Zagrabiae, 26. VI. 1534. (D – XXIX – 21)**

Ioannes Sampwh de Felsew-Thoplychycza, Ioannes Saronych de Koznycza, Georgius Pyzach de Godinycza, iudices nobilium comitatus Zagrabiensis, testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Balsycz sive Galynowych de Yazenowcz facta apparere exponentem ab Ioanne Parys de Adamowcz 23. VI. eodem anno captum et in vincula coniectum esse, unde se uno floreno redemisse. Orig. [**Mayer**]

**281. Pragae, 29. VII. 1534. (D – XXIX – 22)**

Ferdinandus rex Petro Keglewytch de Bwssyn, locumtenenti, mandat, ut in causa inter Claram a Corbauia, uxorem Iohannis de Lappits, ac Nicolaum comitem Zryny eiusque uxorem Helenam de quadam portione hereditaria, eidem Clarae a parentibus relicta, mota utrasque partes familiariter in gratiam agere conetur, e converso iisdem exquisitis rectum iudicium faciat. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 220, str. 209.-210.

**282. Zagrabiae, 1. VIII. 1534. (D – XXIX – 23)**

Capitulum Zagrabiense fassionem Wolfgangi comitis de Fragepanibus coram Andrea, episcopo Posoniensi, et Ambrosio de Madaras concanonicis, in castro Krapyne 28. VII. 1534. datam confirmat, qua quaedam sessiones iobagionales in pertinenciis castri Krapyna sitae necnon domus cum horto in oppido Krapyna ab eodem comite cuidam nobili Vincencio de Gregwrowcz eiusque uxori Catherinae Sarkan ac filiabus dono dantur. Orig. [**Šavor**]

**283. Gorycza, 6. VIII. 1534. (D – XXIX – 24)**

Unio inter Margaretham viduam nobilis Thomae Supan de Maiore sive Nagy-Mlaka et Agnezam viduam de Gorycza ab una et Elenam, uxorem Lucae Horwathych, ab altera parte ab arbitris facta, qua lites de quadam domo et portione in Gorycza componuntur. Orig. [**Mayer**]

**284. Zagrabiae, 21. VIII. 1534. (D – XXIX – 25)**

Iohannes Castellanffy de Zenthlelek suo ac Georgii, Petri et Christophori filiorum nomine apud capitulum Zagrabiense intercessionem facit contra Ferdinandum regem, ne conferat, contra Petrum Palffy de Zelyna, ne alienet, contra Emericum Bradach de Ladomercz aliasque quoslibet, ne emant castrum Zelyna eiusque pertinencias. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 221, str. 210.-211.

**285. Viennae, 10. XI. 1534. (D – XXIX – 26)**

Ferdinandus rex Francisco ac Ladislao Zekel praecipit, ut dicatorem regium sine recusatione et impedimento ad communem rationem ipsamque exactionem in bonis eorum faciendam et finiendam procedere permittant. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 223., str. 212.-213.

**286. Wiennae, 7. XII. 1534. (D – XXVIII – 143)**

Ferdinandus rex litteris Wiennae 7. XII. 1534. datis Ioannem Castellanffy de Zentlelek et Emericum Bradach de Ladomercz ad erigendam contributionem dicatores eligit. Orig. [**Šavor**]

**287. Viennae, 14. XII. 1534. (D – XXIX – 27)**

Ferdinandus rex Petro Keglewyth de Bwsyn, commissario regio in Croacia et Sclavonia, mandat, ut ad 13. I. 1535. cum castellanis quondam Stephani Deshazy huiusque testamento ad se accedat, cum id iam antea iussus non fecerit; praeterea praecipit, ut omnes res ablatas Gregorio litterato, servitori Stephani Deshazy, et Stephano, plebano Inferioris Stwbyczae, etiam plebanatum restituat atque ab omni iniuria illorum abstineat. Orig. [**Mayer**]
Izdanje: MH, dok. 226, str. 215.-216.

**288. Viennae, 31. XII. 1534. (D – XXIX – 28)**

Ferdinandus rex Petrum Keglewith de Bwsyn locumtenentem adhortatur, ut hominibus sina litteris passus et salvi conductus hac et illac transituris animum advertat neve eos sine litteris regni fines transire permittat. Orig. [**Šavor**]

**289. Romae, inter annos 1523.-1534. (D – XXVIII – 144)**

Documentum cuiusdam Ludovici, theologice professoris, continens declarationem obligationis religuionisque a Nicolao de Zerdahel, diocesis Zagrabiensis presbytero, qui unus de fratribus ordinis Sancti Benedicti postea monasterio Strigoniensi relicto tamquam, saecularis de vita decedere voluit, coram Paulo de Zondanio Laurentii, episcopi Praenestorum decreto datam. Orig. [**Šavor**]

**290. Zomzedwara, 13. I. 1535. (D – XXIX – 29)**

Petrus Keglewych de Bosyn, commissarius regius necnon castrorum Zomzedwara, Selyn et Zthwbycza gubernator, insulam Othok Kobylyak ultra flumen Zawy in pertinenciis castri Zomzedwara sitam necnon quasdam terras arabiles ad 25 iugera in territorio possessionis Zthermecz in pertinenciis eiusdem castri, quas Stephanus Deeshazy eiusque uxor Anna Andreae Marthyni Kowych de Dobra dono dederunt, eidem Andreae novae donationis titulo restituit, sub condicione, ut erga muneris auctorem gratum se praebeat. Orig. [**Šavor**]

**291. Lwkawcz, 26. I. 1535. (D – XXIX – 30)**

Gregorius Petrowych, capitaneus Lwkawczensis, ac Georgius Thernynych de Inferiori Lompnycza, suppanus, ad petitionem Agnezae de Gorycza, quae Lucam Horwathych de Sylakowyna, convicii sibi illati accusavit, testibus exquisitis reum pecunia 6 florenos multent. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: Mon. Tur. 3, dok. 24, str. 26.-27.

**292. Warasdini, 22. II. 1535. (D – XXIX – 31)**

Balthasar Herkffy de Zayezda, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur Georgium Spychko de Krisanch, a Martha et Ioanne de Myrkowcz accusatum, 19. II. 1535. in ius in futuram congregationem comitatus Warasdiensis evocatum esse. Orig. [**Juričan**]

**293. Warasdini, 22. II. 1535. (D – XXIX – 32)**

Copia documenti sub numero 31 asservati. Cop. legal. [**Juričan**]
294. Zamobor, 24. II. 1534. (D – XXIX – 33)
Anthonius Popowych sessionem seu hortum una cum domo Matheo Tkalchych 11 florenos Hungaricalibus auereis coram Paulo Iurkowych, iudice oppidi Zamobor, vendit. Orig. [**Juričan**]

**295. Znoyme, 26. II. 1535. (D – XXIX – 34)**

Thomas de Zalahaza, episcopus Agriensis ac cancellarius regius, Petrum Keglewych de Bwsyn, consiliarium regium, qui iuxta conventionem inter ipsum ac consiliarium et Andream Bathor consensu regio factam, qua castrum Zomzedwara ac districtus, oppida, villae, possessiones, iura possessionaria atque universa bona mobilia quodam Stephani de Deeshaza ac Simonis Donath eidem cancellario tamquam ipsius Stephani sequestro restituenda sint, praefata bona restituit, coram Ferdinado rege absolutum reddit. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 235, str. 223.-224.

**296. Znoyme 26. II. 1535. (D – XXIX – 35)**

Alexius Thwrzo de Bethlenffalwa, iudex curiae ac Ferdinandi regis locumtenens, Georgium Zenthlaczlay, Georgium Myndzenthy ac Matheum Medak, castellanus castri Zomzedwara et castellorum Selyn ac Zthobycza admonet, ut in causa inter eos ac Thomam de Zalahaza, episcopum Agriensem, de rebus, quae ad eadem castra pertinent, mota coram se termino constituto personaliter compareant. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 236, str. 224.-225.

**297. Crisii, 13. III. 1535. (D – XXVIII – 145)**

Elena, filia Blasii Koschych de Sypowcz seu Bogachewa, quandam possessionem in Drobkowcz sitam Petro et Iohanni Koschych 5 florenis 25 denariis, ac quandam vineam in promonthorio ebres 1 floreno bonae monetae coram Iohanne Gerdak de Fylethyncz, iudice nobilium, vendit. [**Juričan**]

**298. 23. II. 1535. vide Zagrabiae, 12. IV. 1535. (D – XXIX – 38)**

**299. Admundt, 27. III. 1535. (D – XXIX – 36)**

Christoff, episcopus Laybacensis, administrator monasterii Segkhau, commendator abbatiae Admundt, terram Meltzenleutten nuncupatam, in parochia Rottenmann (vallis Pallten in Stiria) sitam pro duabus terris cum Pancratio, abbate in Steyrgeesten, permutat. (Litterae Germanice conscriptae). Orig. [**Mayer**]

**300. Castrum Cristalocz, 8. IV. 1535. (D – XXIX – 37)**

Catherina, Francisci de Batthyan uxor, Iohannem Castellanffy de Zenthlelek rogat, ut de mariot suo, qui matrem eius in Bykzant negotii cuiusdam, quod puellam quantam attinet, conficiendi causa adire in animo habuit, rescribat, idque Hungarice, quia Hungaricalem solum scripturam ipsa legere potest. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 242, str. 238.-239.

**301. Zagrabiae, 12. IV. 1535. (D – XXIX – 38)**

Capitulum Zagrabiense litteris Ferdinandi regis Znoymae 23. II. 1535. datis iussum respondet se a Petro Keglewych castra et possessiones Sthobycza, Selyn et Zomzedwara cum omnibus rebus olim Stephani de Deeshaza et Simonis Donath Thomae de Zalahaze, episcopo Agriensi, tutori et sequestro eiusdem 3. IV. 1535. restituisse. Orig. [**Juričan**]

**302. Zagrabiae, 12. IV. 1535. (D – XXIX – 39)**

Capitulum Zagrabiense testatur se litteris Ferdinandi regis Znoymae 26. II. 1535. datis iussum ad rogatum Clarae, viduae Martini Sthobczay – nunc uxoris Nicolai Beroyewych – 11. IV. 1535. 24 testes contra Stephanum de Deeshaza, qui possessionem Dokowecz exponenti eripuit, audivisse. Orig. [**Juričan**]

**303. Crisii, 12. IV. 1535. (D – XXIX – 40)**

Michael de Woynowcz suum foenile sub castro Chanyo situm – ad sessionem suam Wrachylowzko zelo pertinens in possessione Grahowcz – Stephano de Praschowcz 6 florenis coram Iohanne Gerdak de Fylekthyncz, iudice nobilium comitatus Crisiensis vendit. Orig. [**Juričan**]

**304. Sine loco, 14. IV. 1535. (D – CXCVII – 171)**

Capitulum ecclesiae Zagrabiensis Georgio de Byhygio, Petri comitis Keglevich secretario petenti litteras protestinales possessorium urbis Czaczyn concernentes et cum aliis litteris discordantes edit. Copia [**Moscatelo]**

**305. Zenthiwan, 15. IV. 1535. (D – XXIX – 41)**

Emericus Bradach de Ladomercz regem profecturus de quibusdam negotiis ibi conficiendis Ioannem Castellanffy de Zenthlelyek certiorem facit. Orig. [**Šavor**]
Izdanje: MH, dok. 243, str. 239.-240

**306. Zagrabiae, 20. IV. 1535. (D – XXIX – 42)**

Petrus Keglewych coram capitulo Zagrabiensi contra collationes Ferdinandi regis protestatur, quibus castrum Tzazyn prima vice magistro Petro de Rypach, altera vice Petro Horwath de Klyz confert, quod incertum sit, utri (r) castrum tradere debeat. Orig. [**Juričan**]
Izdanje: MH, dok. 244, str. 240.-241.

**307. Zamobor, 2. V. 1535. (D – XXIX – 43)**

Magdalena Czeinizichka in Verharych terram arabilem sub Kryznycze Bartholomaeo “Iarney” Wokmaych florenos 1 et 20 crucigeris coram Paulo Iurkowych, iudice et aliis “victimam bibentibus” vendit. Orig. [**Juričan**]

**308. Crisii, 2. V. 1535. (D – XXIX – 44)**

Michael de Berywo Zenth Iwan, Ioannes Gerdak de Fylethyncz etc. iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Iohannis Kastellanffy de Zenthlelek, qui Barbaram, viduam Stephani Bochkay de Razyna, de vi et rapina iobagioni exponentis Blasio Dworschych in possessione Wragowcz illata accusavit, 29. IV. 1535. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [**Juričan**]

**309. Warasdini, 8. V. 1536. (D – XXIX – 60)**

Petrus de Semowcz a Balthazare Herkffy de Zayezda comitatus Warasdiniensis iudice, ad petitionem Stephani Kecczer de Radwan, iussus Margaretam Chany viduam ac Stephanum et Iohannem filios quondam Iohannis de Hassaghy admonet, ut ad primam congregationem comitatus Warasdiniensis compareant rationem furti in Krysowlyan, possessione matris et fratrum petitoris commissi reddituri. Orig. [**Šavor]**

**310. Albae Regalis, 20. V. 1535. (D – XXIX – 45)**

Lucas Zekel de Ormosd aliter de Kewend apud conventum cruciferorum domus hospitalis ecclesiae beati regis Stephani de Alba intercessionem facit contra Franciscum et Ladislaum Zekel, ne approprient, contra regem [Ferdinandum], ne conferat dimidiam partem castri Dobrakwchya in comitatu Crisiensi. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 250, str. 245.

**311. Viennae, 3. VI. 1535. (D – XXIX – 46)**

Propter mancum documentum datum designari nequit. Ferdinandus rex privilegium a Lodovico rege editum, quo omnes taxae camerae regiae a civibus oppidi Samobor solvendae ad conservationem castri Samobor deputentur, Leonardo Gruber, possessori castri Samobor, dum vixerit, devolvit. Cop. legal [**Juričan**]
Quod annum attinet cfr. n. 312.

**312. Viennae, 3. VI. 1535. (D – XXIX – 47)**

Pagina continens privilegium Lodovici regis ex anno 1519. quo taxae camerae regiae a civibus civitatis Szamobor solvendae ad conservandum castrum Szamobor deputantur; postquam familia Ungnad castrum Szamobor Leonardo Gruiber (!) vendidit, privilegium ad hunc Viennae 3. VII. 1535. devolutum est. Orig. [**Juričan**]

**313. Viennae, 6. VI. 1535. (D – XXIX – 48)**

(Germanice conscriptum). Ferdinandus rex Radovanum Preradowykh de Busintzi, qui Bosna relicta fugitivus in Sossum berg domicilium constituit, pro fidelibus eius servitiis eiusque heredes masculini sexus omni solutione tributorum, quae ab illis feminei sexus 20 annis transactis persolvenda erunt, plene absolutos dat. Orig. [**Šavor**]

**314. Viennae, 6. VI. 1535. (D – XXIX – 49)**

(Germanice conscriptum). Ferdinandus rex Latkhonem Wukquikh, qui Bosna relicta fugitivus in Kaltenfeld domicilium sibi constituit, eiusque heredes masculini sexus solutione omnium tributorum et taxarum absolvit, quae omnia ab illis feminei sexus 20 annis transactis presolvenda erunt. Orig. mancum [**Šavor**]

**315. Viennae, 31. VIII. 1535. (D – XXIX – 50)**

Ferdinandus rex Petro Keglewych de Busyn promittit se intertentiones eius soluturum ess, simulatque rationes de contributionibus factae sint; eum querimoniae causam non habiturum esse. Denique eum adhortatur, ut fidelem se etiam in futurum gerat. Orig. [**Mayer]**
Izdanje: MH, dok. 256, str. 249.-250.

**316. Znoymae, 22. IX. 1535. (D – XXIX – 51)**

Ferdinandus rex incolis comitatus Zagrabiensis praecipit, ut ad rogatum Clarae, viduae Martini Sthobyczai quae Stephanum de Deshaza de iniusta occupatione possessionis Dobowecz accusavit, testimonia a capitulo ... citati prompte praebeant. Orig. [**Juričan]**

**317. Znoymae, 24. IX. 1535. (D – XXIX – 52)**

Ferdinandus rex unionem confirmat, qua Petrus Keglewych de Busyn castellum Zthwbycza, Thomae Zalahaza, episcopo Agriensi, cancellario regio, qua testamentario Stephani Deeshazy et sequestro deputato resignat, Thomas Zalahaza autem Petrum Keglewych expeditum dicit. Orig. [**Juričan]**

**318. Bikszad, 4. X. 1535. (D – XXIX – 53)**

Iohannes Gerdak de Fylethyncz iudex nobilium comitatus Crisiensis testatur ex fassione Stephani Wzynyanyn, quam in causa furti unius bovis ex stabulo Iohannis Castellanffy de Zenthlelek in Bikszad a Mathia Bwsanych et Georgio Mangyak una cum Stephano Wzynyanyn patrati, 4. X. 1535. facta, apparere Stephanum Wzynyanyn non cum furibus in curiam intrasse, sed tantum ad portam stetisse. Orig. [**Juričan]**

**319. Warasdini, 8. XII. 1535. (D – XXIX – 55)**

Balthazar Herkffy de Zeyezda, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiniensis testantur ex inquisitione ad rogatum Andreae de Myrkowcz, qui Georgium Spychko de Krisancz de occupatione quarumdam terrarum iobagionis exponentis in possessione Brezowa accusavit, facta, apparere querelam veram esse. Orig. [**Juričan]**

**320. Viennae, 9. XII. 1535. (D – XXIX – 56)**

Ferdinandus rex Wolfgango Hampo, qui in controversia inter Alexium Turzonem de Bethlemfalwa, locumtenentem regni, et Lucam Zeckel de Ormosd, illius partes secutus, servitores huius e tricesimis eiectos cepit, mandat, ut statim hos restituat et ab omni iuniuria desistat. Orig. [**Mayer]**
Izdanje: MH, dok. 266, str. 260.-261.

**321. Viennae, 24. XII. 1535. (D – XXIX – 57)**

Ferdinandus rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Ladislaum Kerecheny de Kanyafewlde et Martham, viduam Gregorii Orlowchych de Choka in dominium castri Zokol (comitatus Tininiensis) introducat. Orig. [**Juričan]**

**322. Viennae 24. XII. 1535. vide Zagrabiae, 9. VII. 1536. (D – XXIX – 64)**

**323. Viennae, 3. I. 1536. (D – XXIX – 58)**

Ferdinandus rex Iohanni Castellanffy de Zenthlelegh praecipit, ut decreta regnicolarum in proxime praeterito conventu ad omnium subditorum quietem confecta et a se approbata observet atque servitores suos ab inuriis cuilibet inferendis detereat et 50 equites ad regis rationem expeditos teneat. Orig. [**Šavor]**
Izdanje: MH, dok. 267, str. 261.-262.

**324. Posonii, 29. III. 1536. (D – XXIX – 9)**

Ferdinandus rex serio praecipit Wolfgango et Gasparo Ernusth de Chaktornya, ut dicatores ad sua bona accedere permittant et eis dicam omnimodo exolvant. Si autem quasdam litteras de exemptione habeant, eas camerae regiae praesentent. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 274, str. 268.-269.

**325. Zagrabiae, 8. V. 1536. (D – XXIX – 61)**

Capitulum Chasmae mandato Ferdinandi regis Posonii 8. IV. 1536. dato iussum testatur inquisitione ad rogatum Wolfgangis et Gaspari Ernusth de Chaktornya, contra Petrum de Korotwa et Ioannem Garazda de Mykeffalwa, in causa inter Alexium Thwrzo de Bethenffalwa et Lucam Zekal de Kewend, cuius servitores iobagionibus fratrum Ernusth in possessione Hodossancz multis damnis illatis in vincula coniecerunt, 7. V. 1536. facta, appere fratrum Ernusth assertione iobagiones captos non in dira captivitate asservatos, sed liberos in castro Chaktornya habitos esse et reos id iureiurando confirmasse. Orig. [**Juričan]**

**326. Chersi, 26. V. 1536. – 14. VIII. 1536. (D – V – II – 76)**

Maria, filia quondam Dominici Gapisch et relicta magistri Ludovici Maracovich, presbytero Ioanni Moscardino septimam patrem terreni pro indiviso pretio libra-

rum 31 vendidit; Franciscus Barbaro, comes Chersi et Ausseri, post stridas debito modo factas condicionem a Barthole Gapich interpositam approbat eiusque recuperationem dictae possessionis validam esse pronuntiat 14. VIII. 1536. Latine c. orig. perg. [**Marušić**]

**327. Posonii, 6. VI. 1536. (D – XXIX – 62)**

Alexius Thurzo de Bethlenfalwa, iudex curiae ac Ferdinandi regis locumtenens, comites comitatusque Warasdiniensis iudices nobilium adhortatur, ut in lite a Georgio Ladomer Wolfgango comiti de Frangepanibus ac Petri Keglewyth de Bwsyn intenta reos, qui gravioribus regni negotiis occupati ad priorem terminum praefixum in ius venire non potuerunt, iterum evocent et auditis utrarumque partium responsis allegationbusque rectum iudicium faciant. Orig. [**Šavor**]

**328. Chasmae, 16. VI. 1536. (D – XXIX – 63)**

Capitulum Chasmense ad rogatum Michaelis ac Ladislui, Pauli Kerecheny de Kanyaffewlde filiorum, edit paria litterarum Petri Erdewdy de Monyerokerek de die 11. I. 1536., quibus 2582 florenis a parte petitorum pro empto castro Chabrog eidem Petro persolutos esse confirmatur. Orig. [**Šavor**]

**329. Sine loco, 27. VI. 1536. (D – XXVI – 98)**

Capitulum Zagrabiense 27. IV. 1536. transumit litteras suas de anno 1523., quibus regi Ludovico refert de statutione bonorum Pethrowyna et Sylyakowyna et condemanatione Margarethae, filia Iohannis Hennyng, Stephano Deeshazy et Anna uxori eiusdem a curia regia impetrata. Par mancum [**Juričan]**
*Vide etiam* Isprave 5, r. 4580.

**330. Zagrabiae, 9. VII. 1536. (D – XXIX – 64)**

Capitulum Chasmense notificat litteris Ferdinandi regis Viennae 24. XII. 1535. datis iussum, se Ladislaum de Kerechyny de Kanyaffewlde et Martham, viduam Georgii Orlowchych de Choka, in dominium castelli Berzencze (comitatus Crisiensis) 24. II. 1536. nemine contradicente introduxisse. Orig. [**Juričan**]

**331. Segniae, 23. VII. 1536. (D – XXIX – 65)**

Iohannes Rizan, vicecapetaneus Segniensis, ad petitionem Petri Crusich, comitis Clissy, capitulo Segniensi mandat, ut testes de origine rixae inter Petrum et Spalatenses audiat. Orig. [**Mayer**]
Izdanje: MH, dok. 290, str. 283.-284.

**332. Segniae, 23. VII. 1536. vide Segniae, 26. VII. 1356. (D – XIX – 67)**

**333. Segniae, 26. VII. 1536. (D – XXIX – 66)**

Capitulum Segniense testatur Georgium Bathalouich una cum patre Nicolao Scardonensi, postquam Turcae Scardonam expugnaverunt et eos expulerunt, semper Romanae et regiae maiestati fidelem mansisse. Orig. [**Mayer**]
Izdanje: MH, dok. 191, str. 284.

**334. Segniae, 26. VII. 1356. (D – XIX – 67)**

Capitulum Segniae litteris Iohannis Rizan vicecapitanei Segniensis Segniae 23. VII. 1536. datis iussum Petro Crusich comiti Clissi edit litteras, quae testimonia duorum testium continent, qui Spalati audiverunt a vicario Clissienses victoriam ex Turcis ad Nerentam adeptos, cum canentes Salonam reverterentur, a comite Spalatensi petitos esse, qui eorum grippum combussit; tum Clissienses suburbium Spalati aggressos esse, et sic rixam inter Petrum Crussich et Spalatenses ortam esse. Orig. [**Mayer**]
Izdanje: MH, dok. 292, str. 285.-286.

**335. Chersi, 17. VIII. 1536. (D – V – II – 77)**

Coram notario Gaspare de Saliis de Papia Bartholus quondam Dominici de Chersa Catherinae relicte quondam Petri Cuchich nomine liberorum eius partes tres terrenorum pascunorum, omnia iura et actiones de locis pascuis vocatis Radostaga, septimam partem terreni positi in contrata de Stenovischiza pro indiviso cum heredibus quondam Dominici Gapich, et hoc de bonis stabilibus, quae olim propriis denariis et sumptibus quondam eius mariti emerat et recuperaverat, animam suam exoneraturus, cedit. Latine c. orig. perg. [**Marušić**]

**336. Chasmae, 1. X. 1536. (D – XXIX – 68)**

Gregorius Horwath de Luchychewcz Veronicae, uxoris Stephani Wythez, filii filiarumque eiusdem aliorumque consanguineorum nomine coram capitulo Chasmensi compositiones et compromissa a Stephano Wythez coram Francisco de Batthyan in castello euisdem Kristhalowcz cum Ladislao ac Ioanne de Erwlucz de bonis et iuris possessionariis eorundem protestantium facta revocat. Orig. [**Šavor]**

**337. Grecz, 18. X. 1536. (XXIX – 69)**

Ferdinandus rex litteris in Grecz 18. X. 1536. datis Iohanni Ernusth de Chaacktornya praecipit, ut una cum gentibus suis ad Iohannem Katzianer, capitaneum generalem, qui Zagrabiam cum copiis regiis ad regnum contra Turcas magno numero appropinquantes defendendum missus est, accedat. Orig. [**Šavor]**
Izdanje: AC 1, dok. 263, str. 364.

**338. Zagrabiae, 18. XI. 1536. (D – XXIX – 70)**

Ex inquisitione, quam Iohannes Parys de Adamowcz et Iohannes Sampwch de Felsew Thoplychycza, comitatus Zagrabiensis iudices nobilium, ad petitionem Emerici

Bradach de Ladomercz necnon Iohannis et Gregorii Bradach de eadem Ladomercz 11. X. fecerunt, ab Iwycza Karynchych, hwzarorum capitaneo aliisque quibusdam missis a Iohanne et Nicolao comitibus de Zrynio et prioratus Auranae gubernatoribus furtum rerum, quae iobagionum petitorum sunt, in possessione Krysewczy (comitatus Zagrabiensis) commissum esse constat. Orig. [**Šavor]**

**339. Zagrabiae, 18. XI. 1536. (D – XXIX – 71)**

Ex inquisitione, quam Iohannes Parys de Adamowcz et Iohannes Sampwch de Felsew Thoplychycza, comitatus Zagrabiensis iudices nobilium, ad petitionem Emerici Bradach de Ladomercz necnon Iohannis et Gregorii Bradach de eadem Ladomercz 11. XI. fecerunt, ab Iwycza Karynchych, hwzarorum capitaneo aliisque quibusdam missis a Iohanne et Nicolao comitibus de Zrynio et prioratus Auranae gubernatoribus furtum in possessione petitorum Lakthecz (comitatus Zagrabiensis) commissum esse constat. Orig. [**Šavor]**

**340. Zagrabiae, 18. XI. 1536. (D – XXIX – 72)**

Ex inquisitione, quam Iohannes Parys de Adamowcz et Ioannes Sampwch de Felsew Thoplychycza ad petitionem Emerici Bradach de Ladomercz necnon Iohannis et Gregorii Bradach de eadem Ladomercz 11. X. fecerunt, a iobagionibus Iohannis et Nicolai comitum de Zrinio ac prioratus Auranae gubernatorum furtum et raptum in possessione petitiorum Glawnycza commissum esse constat. Orig. [**Šavor]**

**341. Viennae, 29. XII. 1536. (D – XXIX – 73)**

Ferdinandus rex nuntiat Georgio comiti de Zlwn Ioannem Castellanfy de Zenthlelek a rege missum, quae rex in conservando regno fieri vult, ei dicturum esse, atque adhortatur, ut omnia dicta exequatur. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 320, str. 316.-317.

**342. Viennae, 29. XII. 1536. (D – XXIX – 74)**

Ferdinandus rex nuntiat Lodovico Pewkry de Petrowyna, comiti Warasdiensi et capitaneo regio, Ioannem Castellanffy de Zenthlelek a rege missum, quae rex in conservando regno fieri vult, ei dicturum esse, atque adhortatur, ut omnia dicta exequatur. Orig. [**Juričan]**

**343. Viennae, 29. XII. 1536. (D – XXIX – 75)**

Ferdinandus rex nuntiat Petro Erdewdy de Monyorokerek, comiti Zaladiensi, Ioannem Castellanffy de Zenthlelek a rege missum, quae rex in conservando regno fieri vult, ei dicturum esse, atque adhortatur, ut omnia dicta exequatur. Orig. [**Juričan]**

**344. Viennae, 29. XII. 1536. (D – XXIX – 76)**

Ferdinandus rex nuntiat Stephano comiti de Blagay Ioannem Castellanffy de Zenthlelek a rege missum, quae rex in conservatione regni fieri vult, ei dicturum esse, atque adhortatur, ut omnia dicta exequatur. Orig. [**Juričan]**

**345. Viennae, 29. XII. 1536. (D – XXIX – 77)**

Ferdinandus rex nuntiat Francisco de Thah Ioannem Castellanffy de Zenthlelek a rege missum, quae rex in conservando regno fieri vult, ei dicturum esse, atque adhortatur, ut omnia dicta exequatur. Orig. [**Juričan**]

**346. Zagrabiae, 29. XII. 1536. (D – XXIX-78)**

Capitulum Zagrabiense Casparum Ernusth de 300 florenis, quos quam decimam de bonis Chaktornya et Sthrygo persolvit, quietum dicit. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 319, str. 315.

**347. Viennae 4. I. 1537. vide Zagrabiae, 20. XII. 1537. (D – XXIX – 91)**

**348. Viennae, 7. I. 1537. (D – XXIX – 79)**

Ferdinandus rex Caspari Ernusth de Chaktornya mandat, ut utramque dicam, priorem et praesentem, quae pecunia ad nazadistarum solutionem deputata est, exsolvat. Orig. [**Šavor]**
Izdanje: MH, dok. 323, str. 319.-320.

**349. Nemethwywar, 27. II. 1537. (D – XXIX – 80)**

Franciscus de Batthyan Ioannem Castellanffy de Zentlelek monet, ne relationem regis in medium congregationis futurae proferat, nisi Kocczaner cum exercitu, qui nondum paratus sit, adesse possit; si id tamen faciat, et regi dedecus et sibi utrique damnum inde oriri facile posse. Orig. [**Mayer]**
Izdanje: AC 2, dok. 12, str. 19.-20.

**350. Zagrabiae, 13. IV. 1537. (D – XXIX – 81)**

Ioannes Catzyaner, capitaneus generalis, ad rogatum Ioannis Castellanffy de Zenthlelek, ut eum pecunia sublevet, sibi nullam esse respondet atque spem certem Petrum Keglowych ad congregationem Crisiensem venturum esse habet. Orig. [**Šavor]**
Izdanje: AC 2, dok. 21, str. 30.

**351. Pragae, 26. IV. 1537. (D – XXIX – 82)**

Ferdinandus rex ad rogatum Iohannis Castellanffy de Zenthleleck, ut bona Berizecke in eum conferat, se postulationus eius immemorem non futurum esse respondet simulque mandatum Ioanni Catzianer, capitaneo generali, ut in conducendis genti-

bus petitoris ratio habeatur equitumque eius numerus augeatur, datum memorat. Orig. [**Šavor]**
Izdanje: MH, dok. 340, str. 335.

**352. Pragae, 6. VII. 1537. (D – XXIX – 83)**

Ferdinandus rex Iohanni Catzianer, baroni in Catzenstain et Fladnegg, praecipit, ut Petrum Keglewych de Busyn eiusque 200 equites suis 2000 equitum adiungat, quibus arces "Wihitsch et Repitsch" defendat; equites Iohanni Catzianer ad dictum sint eisque quoque mense stipendium persolvatur. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 341, str. 336.

**353. Pragae, 25. VII. 1537. (D – XXIX – 84)**

Ferdinandus rex Gaspari Ernusth de Chaktornya praecipit, ut pecuniam dicae de bonis eius dandam, sed retentam, ad Nazadistarum solutionem deputatam ostensoribus statim expendat. Orig. [**Šavor]**
Izdanje: MH, dok. 342, str. 337.

**354. Kapronczae, 18. VIII. 1537. (D – XXIX – 85)**

Iohannes Catzianer, baro et generalis capitaneus regni, Petrum Keglewych adhortatur, ut copiis cum suis coniunctis contra hostem progrediantur; monet etiam ceteros regni magnates, ne in hac expeditione desint. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 343, str. 337.-338.

**355. Viennae, 20. IX. 1537. (D – XXIX – 86)**

Ferdinandus rex ad querelas Petri Keglewych in Wywar 21. VIII. 1537. conscriptas respondet se Iohanni Katzianer praecepisse, ut 200 Petri equitibus una cum suis stipendium persolcat et pedites bombardarios, quibus Petrus praesit, ad acres "Wihigyet et Repets" defendendas conscibat; postremo vicedominum Carniolae pulver tormentorium quam citissime illac mittere se iussisse. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 345, str. 340.

**356. Walpo, 20. IX. 1537. (D – XXIX – 87)**

Iohannes Koczianner, baro in Kaczenstain et Flednyk, generalis capitaneus, fatetur summam a rege iussam ex praeterita dica Iohanni Castellanffy de Zenthlelek se solvere nequivisse, sed ex futura ei 465 florenos soluturum esse, 35 florenos vero ex eius bonis provenientes ei relaxasse. Orig. [**Mayer]**

**357. Viennae, 12. X. 1537. (D – XXIX – 88)**

Ferdinandus rex supplicatione Gaspari Ernusth de Chaktornya, qui regem rogavit, ut dica camerae regiae solvenda sibi remitteretur, denegata monet, ut dicam praete-

ritorum annorum ex regnicolarum constitutione ad regni necessitates solvere debeat. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 347, str. 432.

**358. Zagrabiae, 9. XII. 1537. (D – XXIX – 89)**

Georgius, Michael et Nicolaus, filii quondam Stephani Barbarych de Iazenowcz vineam suam Pozthath in promontorio Iazenowcz in territorio possessionis Iazenowcz (comitatus Zagrabiensis) Emerico Bradach de Ladomercz, regni thesaurario, eiusque filiis 9 florenis et 15 denariis Hungaricalibus coram capitluo Zagrabiensi vendunt. Orig. [**Šavor]**

**359. Sine loco, 17. XII. 1537. (D – XXIX – 90)**

Ferdinandus rex litteris ad petitionem Emerici Bradach de Ladomercz eiusque fratrum 17. XII. 1537. datis banis imperat, ut litterae possessionariae, quae Laurentio Bradach de Ladomercz mortuo ad manus Annae Dragy, viduae, pervenerunt, eidem demantur iisdemque petitioribus restituantur, dos vero ipsius viduae ac res paraffernales eidem reddantur. Orig. [**Šavor]**

**360. Zagrabiae, 20. XII. 1537. (D – XXIX – 91)**

Capitulum Zagrabiense Thomae de Nadasd et Petro Keglyewych de Busyn banis, nuntiat, se litteris Ferdinandi regis Viennae 4. I. 1537. datis, iussum, Ioannem Kastellanffz de Zenthlelek in dominium arcis Zelyna 16. XII. 1537. titulo novae donationis introducere voluisse, sed Michaelem et Ladislum Kerecheny de Kanyaffewlde huic introductioni contradixisse, quare eos ad 13. I. 1538. in ius banale evocatos esse. Orig. [**Juričan]**
Izdanje: MH, dok. 357, str. 352.-353.

(*Nastavak u idućem broju Zbornika*)

## *Regesta* of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts

### Second Part: Charters from the Period from 1531 to 1537

*Regesta* Composed by Antun Mayer and Collaborators, Prepared for Publishing by Maja Katušić

Summary

In this volume of *Zbornik* there is published the second part of the *regesta* of the collection of charters kept in the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts (CASA), the *Diplomata*. The initiative for their composition started in 1948, when a group of the Academy's employees and honorary collaborators led by Antun Mayer started work on their making, and in 1959 there started the publishing of the *regesta* of medieval charters. The *regesta* of the charters dating from 1018 to 1526 were published in volumes 2 to 5 of *Zbornik Historijskog instituta Jugoslavenske akademije* (today *Zbornik Odsjeka za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU*). In the last issue of *Zbornik* that project is continued, with the publishing of the *regesta* of the charters covering the period from 1527 to 1530. The *regesta* of the charters issued from 1531 to 1537 have been published in this volume.

**Key words**: Early Modern Age, Croatian history, historical sources, charters, Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts.